Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 28

urn:nbn:de:bsz:31-108793

Visual Library

quod amor non nisi amore rependatur; En
igitur cor meum, quod tuo amori conse-
cro; cupio enim tibi semper manere uni-
tus per actualem tui memoriā, jugem di-
lectionem, perpetuos amplexus. Vivam ego,
gal. 2 iam non ego, vivat verò in me Christus

Caput 28

Aspirationes ad Deum ob eius amorē in beneficiis particularibus relucentem.

1. Dulcissime Deus quàm magna est ~~er~~ tua
erga me charitas, qui ut filius tuus fieri possem,
non inter Turcas, aut Gentiles, sed inter fideles
tuos nasci me voluisti. ~~Deel~~ ~~O amantissime~~
~~Deus~~ Heu, quid mihi profuisset beneficium creatio-
nis, si positus inter paganos ~~infideles~~ abiissem in viam
perditionis? ~~[illegible]~~ quàm magna est misericordia tua
O amantissime Deus super me! nam ecce innumeros ferme homines
in sua infidelitate reliquisti, me autem nul-
lis praecedentibus meritis ~~assumpsisti, ac~~ posuisti
in numero filiorū Ecclesiæ dilectæ Sponsæ tuæ,
quæ mihi tui cognitionem instillavit, et te Deū,
creatorem, redemptorem, ac patrem meum reve-
fac invocare rerit docuit. O amabilis Deus, quid pro hac
gratia retribuam, quâ mei tam gratuitò di-
gnatus es recordari? Quomodo tui posthac obli-

visci potero, qui mihi tantā charitatem† im- = † præ multis aliis
pendisti? Eia cor meum magno huic benefac-
tori tuo noli esse ~~infidele~~, ingratū, et perfidū, sed fidele, et devotū;
~~die ergo~~ ei charitate ~~corde~~ ardenti: adhæsit anima mea ps. 62
post te, quia me suscepit dextera tua:
Quanta insuper, o clementissime Deus,,
2 ~~[illegible]~~ ,, tui erga me miseratio, quòd me ad
baptismi gratiam pervenire volueris, nec ante eius
susceptionem in utero matris ~~in utero matris~~ ex- pene innumeris 13
tinctus sim, quemadmodum ~~multis~~ aliis ~~contigit~~ contigit,
f. qui propterea in æternū infelices erunt; Quantū
etiam donum, et quam magnus favor, quòd me
cæterorum sacramentorum tuorum sæpenumerò
participem feceris, quibus,, aut amicitiam tuam perdi-
tam rursus recuperavi, aut ~~cor~~ meum in ea ma=
gis stabilivisti. Verum si ad pios motus voluntatis
ad divinas illustrationes mentis, ad sanctas ins-
pirationes animi venire licet, quis ea,, omnia recensere
sufficiat. O quoties me ~~allexisti~~ ad bonum, re-
traxisti à malo, occasiones peccandi à me amovisti!
Quoties etiam, quò vitam emendarem† me coarguisti; † intus
~~reprehendisti~~. Quoties denique, ut cætera taceam: /
me eripuisti de morte animæ, et veluti ~~ex~~ ab ore
draconis infernalis ~~qui~~ quodammodo me iam absorbuerat,
extraxisti. O charitas! O pietas! quas gratiarū
actiones pro tantis beneficiis misericordiæ tuæ re=
ferā? Scio, quidem, quia tu legem posuisti mihi, ps. 118.
ut diligam te ex toto corde meo,, ac tota mente meâ. s. aug. so-
liloq. c. 18.

Sed hoc non valeo, nisi tu dederis. da ergo quod iubes, ut tu solus possideas cor meum, ~~et sic lætificabis animam servi tui~~ ~~ut tu solus possideas cor meum~~ totus sis vita mea, ~~unica~~ ~~et~~ solatio ~~mea~~

O dulcis amator animæ meæ, pietas tuas adeo magna est erga me, ut tibi non sufficiat animæ meæ ~~propiciare~~ bona conferre, nisi et corpori meo beneficia penè innumera tribuas. Quid obsecro præ multis aliis merui, ut non coecus, non surdus, non mutus, non claudus, non mancus nascerer? Cur noluisti me collocare in numero eorū, quos video infirmos, debiles, membra luxata et fracta habentes; ~~oppressos~~ quos video ~~vel etiam~~ sensibus destitutos, furiosos, stupidos, rudes, aggrestes, ~~et~~ iumentis insipientibus non multum absimiles, ~~quos video~~ ~~aut aliorum~~ opprobriis, contemptui, ludibrio, ignominiæ hominū ~~expositos~~ exponit?

aut quos sors adversa inopiâ premit, miseriis obruit ac (inopiâ oppressos, miseriis obrutos,)

Cur inquam de horum numero me esse noluisti, ~~ni~~ ~~si quia tu mihi benefacere voluisti~~, nisi quia tu me dilexisti; et ego te non diligam? nec tibi unice vivam? O Deus meus, o vita animæ meæ ô totum solatium meum, ô amor meus, quando te ardentissimè amabo? Quando tibi pro beneficiis tuis fidelissimè serviam. O utinam à meipso totus deficerem, totus ab immenso amoris tui incendio ~~absorberer~~ conflagrarem. Suscipe me servum tuū in bonum, tibi enim me consecro in perpetuū.

ps. 118.

Caput 29.mum

Aspirationes ad Deū tanquā æternā felicitatem nostrā.

1. Domine Deus, quā mihi sordere debet terra dum coelū aspicio, teq illic tanquam torrentem